

PORSENNA CONTRA ROMANOS (I)

Rōmānī Tarquīnium tyrannum cum uxōre omnibusque libētis ab urbe prohibent: ī enim rēgnum recūsant atque libēritatem dēfendunt. Tarquīnius autem Porsennam, regem inimicūm Rōmānōrum, ad bellum incitat: «Libertās –ait Tarquīnius– est tam dulcis cīvibus quam fūnesta rēgibus. Age, Porsenna! In hōc bellō nōn solum meum rēgnum, sed etiam tuum dēfēdis!». Porsenna contra Rōmānōs ā Tarquīniō incitātur atque ūnā cum eō bellum parat: rēgēs p̄rimum ducēs ad sē 10 vocant; deinde ducēs legunt militēs; postremō militēs arma capiunt.

Nūntiū ad senātum Rōmānum statim veniunt et senātōribus bellum nūntiant: «Audite senātōrēs! Magnum bellum ā Porsennā et Tarquīniō parātur: ducēs ā rēgibus vocantur, militēs ā ducibus leguntur, arma ā militibus capiuntur!». Tunc terror ingēns omnēs cīvēs atque senātōrēs invādit, ex agrīs in urbem omnēs migrant atque urbem mūrīs et praesidiīs cūstrōdiunt: tantum erat nōmen 20 Porsennae!

libertās -ātis *f*

ait = dicit

dulcis -e = grātus

Porsenna ā Tarquīniō incitātur = Tarquīnius Porsennam incitat

ūnā cum = simul cum

senātus -ūs *m*

ducēs ā rēgibus vocantur =

rēgēs ducēs vocant


legere = eligere

migrāre = aliud domiciliū

petere

praesidium -i *n* = cūstrōdēs et

turrēs



Urbs verō nōn solum mūrīs et praesidiīs cūstrōdiēbātur, sed etiam flūmine Tiberī. Suprā flūmen erat pōns Sublīcius: pōns quoque ā multis militibus dēfēndēbātur, nam erat ūna via ad urbem.

Iam hostēs per pontem ad urbem subitō accurrunt! Rōmānī p̄rimum ab hostibus maximē terrentur, arma relinquunt et turpiter fugiunt! Horatius Cocles autem, vir validus, in ponte manet atque Rōmānōs sevērē reprehendit: «Manēte, militēs! Pōns est ūna via ad urbem! Pontem rumpite atque hostēs ab urbe prohibēte!». Dum pōns ā militibus rumpitur, Horatius proelium cum hostibus solum sustinet –tanta virtūs erat Horatiō!

Ecce pōns cadit atque simul fragōre pontis, simul clamōre Rōmānōrum hostēs terrentur atque stupent! Tunc Horatius armatus in aquam dēsilit et incolumis ad suōs natat. Is ā senātōribus maximē laudātur atque statua eius in foro pōnitur honorīs causā.



flūmen Tiberis et pōns Sublīcius

flūmen -inis *m*

suprā + *acc* = super

pōns ā militibus dēfēndēbātur =

militēs pontem dēfēndēbant

turpiter *adv* = sine honorē

reprehēdere ↔ laudāre

sevērē *adv* < sevērūs

rumpere = in variās partēs

dividite

proelium sustinēre = hostibus

resistere

tanta virtūs erat Horatiō (*dat*) =

Horatius tantam virtūtem

habēbat

dēsilere = sē iacere

ad suōs : ad civēs suōs

statua -ae *f*

honorīs causā : in honorē

Horatiū

Rem tenē!**1. Coniunge sententiās:**

- a. Tyranni semper in odio sunt.
- b. Rēgnum est dulce rēgibus.
- c. Civēs praesidia circum urbem parant.
- d. Pōns est sola via ad urbem.
- e. Horātius est vir validus.
- f. Inimicī stupent.

1. — nam proelium sōlus sustinet contra hostēs.
2. *f* nam magnus fragor auditur.
3. — atque civēs eōs ab urbe prohibent.
4. — Rōmāni igitur pontem rumpunt.
5. — itaque urbs tūta est.
6. — civibus vēō fūnestrum.

2. Quis facit quid?

- a. Ā Rōmānis timentur, nam validi sunt: _____
- b. Tyrannum recūsant: _____
- c. Movet animōs Porsennae contra Rōmānōs: _____
- d. Dē bellō ante senātorēs dīcunt: _____
- e. Leguntur atque arma capiunt: _____
- f. Sōlus hostēs prohibet: _____

3. Respondē ad interrogāta:

- a. Quem Tarquinius incitabat? _____
- b. Terrenturne civēs Rōmāni? Cūr? _____
- c. Quōmodo urbs cūstodiēbatur? _____
- d. Num omnēs Rōmāni ante hostēs fugiunt? _____
- e. Quid faciunt Rōmāni, dum Horātius proelium sustinet? _____
- f. Num Horātius post proelium necatur? _____

Vocābula discite!**4. Implē spatia cum vocābulis in tabulā.**

praesidia / rumpunt / turpiter / incolumis / desilit / proclis

- a. Populi inimicī inter sē foedera nōn habent, ergō ii in _____ saepe pugnant.
- b. Milites in obsidione _____ circum urbem pōnunt.
- c. Tarquinius improbus erat rex, itaque ex urbe _____ fugit.
- d. Probi socii foedera nōn _____.
- e. Horātius ex ponte _____ atque in flumine natat.

5. Quid significat?**a. «Rōmāni Tarquiniū Superbum ab urbe prohibent»:**

- Rōmāni eum cōmiter in urbem accipiunt.
- Rōmāni eum ab urbe expellunt.
- Rōmāni eum in urbem impellunt.

b. «Libertās est dulcis civibus, sed fūnesta rēgibus»:

- Civēs libertatem cupiunt et dēfendunt, rēgnum autem recūsant.
- Et civēs et rēgēs libertatem cupiunt et dīligunt.
- Rēgēs libertatem nōn neglegunt, sed maximē dēfendunt.

c. «Ducēs militēs legunt»:

- Ducēs libros dē bellō legunt.
- Ducēs militēs ex castris expellunt.
- Militēs ad bellum vocantur.

d. «Terror ingēns omnēs invādīt»:

- Porsenna magnum terrōrem habet.
- Omnēs maximē terrentur.
- Omnēs Porsennam terrent.

e. «Horātius Cocles, vir validus, Rōmānōs reprehendit»:

- Horātius validus est quia contra hostēs sōlus pugnat.
- Horātius perterritus arma relinquit et cum Rōmānis fugit.
- Horātius nōn laudat militēs Rōmānōs, quia ii officium suum neglegunt.

6. Quere in lēctōne his vocābulis contrāria:

accipiunt ↔	relinquunt ↔
laudant ↔	fugit ↔
cūrant ↔	silentium ↔
postrēmō ↔	parvus ↔

Ecce lingua**7. Mūta sententiās activās in sententiās passivās:**

Exemplum: Militēs Rōmulum nōn necant > *Rōmulus ā militibus nōn necatur*

- a. Tarquinius Porsennam ad bellum incitat > _____
- b. Rēgēs populū neglegunt > _____
- c. Civēs libertatem dēfendunt > _____
- d. Militēs Porsennae bellum contra Rōmānōs parābant > _____
- e. Horātius Rōmānōs reprehendit > _____

8. Quid significat?

- a. «Porsenna ad bellum contrā Rōmānōs ā Tarquinio incitātur»:
 Porsenna Tarquinium ad bellum contrā Rōmānōs incitābat.
 Tarquinius Porsennam ad bellum contrā Rōmānōs incitābat.
 Rōmānī bellum contrā Tarquinium et Porsennam incitābant.
- b. «Magnum bellum ā Porsennā et Tarquinio parātur»:
 Tarquinius parat magnum bellum.
 Porsenna parat magnum bellum.
 Porsenna et Tarquinius parant magnum bellum.
- c. «Urbs muris et flūmine cūstodiēbatur»:
 Flūmen cūstōdit muros et urbem.
 Urbs cūstōdit flūmen et mūrū.
 Mūrū et flūmen urbem cūstōdiunt.
- d. «Clāmōr Rōmānōrum ab hostibus audītur»:
 Hostēs audiunt clāmōrem Rōmānōrum.
 Hostēs audiuntur ā Rōmānīs.
 Rōmānī clāmōrem hostium audiunt.
- e. «Horātius ā senātoribus laudātur»:
 Senātorēs Horātium laudat.
 Senātorēs ab Horātio laudantur.
 Senātorēs Horātium laudant.

9. Mūrā sententiās passivās in sententiās actīvās:

Exemplum: Nullum beneficium ā rēgibus Rōmae dabātur civibus.

- a. *Rēgēs Rōmae nullum beneficium dabant civibus.*
 > _____
- b. Rōmānī ab hostibus maximē terrentur.
 > _____
- c. Clāmōrēs Rōmānōrum ab hostibus audiuntur.
 > _____
- d. Horātius Cocles ā senātoribus maximē laudābatur.
 > _____
- e. Statua Horātii in forō ā Rōmānīs pōnitur.
 > _____
- f. Pōns ā militibus rumpitur.
 > _____



PORSENNA CONTRA ROMANOS (II)

Porsenna nōn cessat et bellum in Rōmānōs rursus gerit, nunc vētō obsidiōnem temptat et āream circūm urbem capit: mōns propinquus praesidiis occupātur, castra in ripā flūminis pōnuntur et nāvēs in flūmine collocantur –rēgi enim nōn solum multī militēs, sed etiam multae nāvēs erant. Praeterā militēs Porsennae agrōs Rōmānōrum occupant, praedam faciunt, frumentum ab urbe prohibent atque magnam inopiam in urbem ferunt. Civibus igitur paucum frumentum erat et iam vix famem tolerābant, cum Gāius Mūcius, juvenis nōbilis, ex urbe clam discēdit, in hostium castra armātus intrat –et erat culter sub vestimentis– atque Porsennam quaerit.


55 Eō tempore multī militēs apud Porsennam erant, nam stipendium accipiēbant, et Mūcius in tantā turbā hominum Porsennam cum scribā confundit eumque ferōciter interficit!

cessāre = nihil agere



mōns montis *m*

praeter-ēā *adv*



nāvis -is *f*

rēgi (*dat*)... erant = rēx multōs militēs et multās nāvēs habēbat
 inopia -ae *f* = neque cibum neque pecūniam habēre

fames -is *f*



stipendium -i *n*

frumentum -i *n*

turba -ae *f* = multitudo

scriba -ae *m*

14. Coniunge vocábula:

cognómen
bellum
praedam
fame
clamórem
fugam
animós
praesidia

gerere
tollere
temptare
movere
dare
ponere
tolerare
facere

15. Quid significat?

- a. Porsenna obsidiónem temptat:
 Porsenna obsidiónem ducit.
 Porsenna obsidiónem facit.
 Porsenna obsidiónem recusat.
- b. Porsenna frumentum ab urbe prohibet, itaque magna inopia est:
 Is auxilium prohibet, civēs enim inermēs sunt.
 Is cibum ab urbe prohibet, itaque tyrannus est.
 Is cibum ab urbe prohibet, ergó Rómánis famēs est.
- c. Multí militēs á Porsenná stipendium accipiunt:
 Porsenna militibus pecuniam dat.
 Militēs nova arma iam habent.
 Militēs á Porsenná pūniuntur.
- d. Militrēs Múcius ad supplicium trahébant:
 Hostēs Múcium liberábant.
 Hostēs Múcium in carcerem mittébant.
 Hostēs Múcium pūniébant.
- e. Múcius Porsennam in tantá turbá hominum quaerit:
 Porsenna in cūriá erat.
 Apud Porsennam magnus numerus hominum erat.
 Porsenna cum paucis militibus erat.

Ecce lingua

16. Respondé ad interrogáta:

- a. Cui sunt multae naves?
 b. Cui iam nōn est manus dextra?
 c. Cui est paucum frumentum?
 d. Cui rēgi iam nōn est scriba?
 e. Cui est culter sub vestimentis?
 f. Cui est magna virtus?

17. Quómodo aliter (et récte) dicitur?

Dativus possessiōnis

Exemplum: Discipulus librum habet = Discipulō liber est
 (nominativus + accisativus + habere = dativus + nominativus + esse)

- a. «Horátius magnam virtutem habébat».
 Magna virtus erat Horátio.
 Magna virtus erat Horátius.
 Magna virtus erat Horatium.
 «Porsenna multās nāves habébat».
 Multae nāves in Porsennā erant.
 Multae nāves Porsennam habébant.
 Multae nāves Porsennae erant.
- c. «Civēs paucum frumentum habébant».
 Civium frumentum paucum erat.
 Paucum in civibus frumentum erat.
 Civibus paucum frumentum erat.
- d. «Horátius cultrum sub vestimentis habébat».
 Vestimenta cultrum habébant.
 Horátio erat culter sub vestimentis.
 Culter sub vestimentis in eō erat.
- e. «Scaevola manum dextram nōn habébat».
 Dextra manus nōn erat Scaevolae.
 Scaevola nōn erat dextra manus.
 Scaevolam nōn habébat manus dextra.

18. In hóc scriptō decem mēda sunt: quaere ea!

Porsenna, vir scelerátus, in Rómánis obsidiónem parat, itaque circum urbem praesidia pōnit. Multí militēs sunt hóc rēgi, etiam nāves. In obsidióne civēs est inopia, ergó Gáius Múcius, iuvenēs Rómánus, Porsennam armátus petitur. Iam venit Múcius in castris atque mortem Porsennae temptátur, ille autem nōn necátur. Clamóres ingentēs tollitur, Múció á militibus capitur atque ante régem trahitur, sed is nullus est terror.

- a. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 b. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 c. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 d. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 e. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 f. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 g. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 h. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 i. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____
 j. Mendum: _____; vocábulum réctum: _____



tandem *adv* = postremò

légatus -i *m* = nūntius in bellò

condició -ōnis *f*

ā-movēre

obsēs -idēs *m/f*



virgō -inis *f* = femina iuvenis, quae

nōn habet liberōs neque maritum

patriae amāns = quae patriam

amat

periculum -i *n*

periculum adire > ad periculum

ire

ad-ire ↔ ab-ire

ex-ire ↔ intrāre

cūstōs -ōdis *m*



tēlum -i *n*


95 Cum primum id Porsennae nūntiātū, irātus rēx
légātōs mittit ad Rōmānōs et virginem dēpos-
cit. Deinde vērō animus rēgis ex irā in admirā-
tōnem convertitur atque nōn solum Cloeliam
intactam ad suōs remittit, sed magnam cōpiam
obsidum liberat. Virtūs Cloeliae ab omnibus
laudātur atque statua eius equestris in viā Sacra
pōnitur.

100 Posthāc Rōmānī firmam et perpetuam amicitiam
cum Porsennā habent, nam is neque foedera
cum Rōmānis rumpit neque Tarquinio Superbō
auxilium fert. Iam Tarquinio nullus socius in La-
tīō est: turpiter tunc cum familiā suā migrat ne-
que bellum contrā Rōmānōs rursus temptat.

cum primum *tempus intēat*
deposcere = ācritter rogāre
animus... convertitur: Porsennae
iam nōn irā, sed admiratiō est
admiratiō -ōnis *f*

intactus -a -um = incolūmis
magna cōpia = magnus numerus
cōpia -ae *f* ↔ inopia
equestris = in equō

firmus -a -um = quod nōn facile
rumpitur



statua equestris

75

t

i

-

s

t

-

80

-

t

e

85

-

i

t

i

-

90

i

-

Rem tenē!

19. Quod est argūmentum in tabellis?

- «Exempla virtūtis»
- «Foedus cum Porsennā»
- «Virtūs Cloeliae»
- «Fortūna Tarquinii Superbi»

«Nullum auxilium in Latīo Tarquinio est, itaque ad filiam suam discedit atque Tūsculū novās amicitias quaerit»
 Argūmentum: _____

«Nōn solum Horātius et Micius, sed etiam Cloelia prō libertate fortiter pugnat atque animōs Rōmānōrum ad virtutem incitat»
 Argūmentum: _____

«Cloelia, virgō Rōmāna valīda atque audāx, magnum numerum virgīnum ex castris Porsennae Rōmam dūcit»
 Argūmentum: _____

«Rōmāni magnum numerum obsidum Porsennae dant; hic autem ex agrō Rōmānō discēdit»
 Argūmentum: _____

20. Quī sunt?

- Exempla virtūtis apud Rōmānōs erant: _____
- Porsennae obsidēs dant et pācem firmam cum eō instituunt: _____
- Est virgō audāx, valīda atque clam ex castris hostium obsidēs dūcit: _____
- Nullus amicus neque socius in Latīo ei est: _____
- Ad glōriam impelluntur atque libertatem ācritter dēfendunt: _____

21. Coniunge sententiās:

- Porsenna lēgātōs dē pāce Rōmam mittit et...
1. — nullum socium iam habet.
- Cloelia erat virgō summae virtūtis, ergō...
2. — ei erat statua in Via Sacra.
- Post bellum hostēs inter sē obsidēs dant, nam...
3. — virginēs ad flūmen ab eā dūcuntur.
- Cloelia, virgō Rōmāna, cūstōdēs fallit atque...
4. — hoc est signum amicitiae.
- Tarquinius ā Latīo discēdit, quia...
5. ~~f~~ is enim foedera nōn negligit.
- Iam Rōmānis amicitia cum Porsennā est...
6. — praesidia āmōvet.

Vocābula disce!

22. Quid significat?

- «Lēgātōs dē pāce mittere»
1. — libertatem dēfendere.
- «Prō libertate pugnāre»
2. — pācem cum hostibus negligere.
- «Obsidēs dare»
3. — fugam temptāre dum hostēs undique tēla mittunt.
- «Foedera rumpere»
4. — post bellum lēgēs hostibus dantur atque pāx creatur.
- «Condiōnēs pācis dīcere»
5. — post bellum civēs dantur inter hostēs.
- «Inter tēla hostium fugere»
6. ~~d~~ nūntiū veniunt ad hostēs atque pācem petunt.

23. Verba idem ac contrārium significātia quaere in lēctiōne:

Verba idem significātia	Verba contrārium significātia
nūntiōs =	manet ↔
turbam =	abire ↔
fluvium =	intrāre ↔
postrāmo =	vulnerātī ↔
incolumem =	bellō ↔

24. Primum coniunge iūcturas vocābulōrum, deinde sententiās implē:

auxilium	dīcuntur
condiōnēs pācis	ferunt
foedus	dantur
lēgātī	pōnuntur
obsidēs	mittuntur
statua	instituitur

- Post multa proelia, _____ dē pāce ab hostibus Rōmam _____.
- Post bellum *condiōnēs pācis* ā Rōmānis _____ *dīcuntur*.
- Pāx est cum _____ inter hostēs _____.
- Cum post bellum amicitia inter hostēs est, _____ saepe _____.
- _____ in urbe _____ cum civēs patriam fortiter dēfendunt.
- _____ in bellō nōn hostibus, sed sociis _____.

Ecce lingua

25. Elige respónsum réctum:

- a. Légātū ā Porsennā Rómam...
 mittuntur mittunt mittit
 mittuntur mittunt mittit
- b. Multī obsidēs ā Rómánis Porsennae...
 dat dant dantur
 dant dantur dantur
- c. Exempla Horātū et Múciū fēminas Rómānas ad glóriam...
 incitant incitantur incitatur
 incitantur incitantur incitatur
- d. Praesidia Porsenna...
 movet movetur moventur
 movetur moventur moventur
- e. Statua Cloeliae in viā Sacrā Rómānōrum...
 pōnuntur pōnunt pōnuntur
 pōnuntur pōnunt pōnuntur

26. Quid congruit?

- a. Cum Porsenna légātōs dē pāce mittit...
 Cum hostēs ab agrīs discēdunt...
 Cum civēs pró patriā et libertāte fortiter pugnant...
 Cum custōdēs dormiunt...
 Cum Múcius in castra hostium venit...
1. ___ rēx Porsenna nōn sōlus, sed cum multīs militibus est.
 2. ___ Rómāni cum eō foedus instituunt.
 3. ___ Cloelia cum magnō numerō obsidum ex castris hostium fugit.
 4. ___ statuae eōrum in forō pōnuntur.
 5. ___ Rómāni frumentum accipiunt.


27. Lege sententiās in priōre exercitiō et responde:

- a. Quotiēs 'cum' in priōre exercitiō legitur? R: _____
 b. Num 'cum' semper idem significat? R: _____
 c. In quibus exemplis 'cum' *tempus* significat? R: _____
 d. In quibus exemplis 'cum' *comitatum* significat? R: _____

28. Respōnsō datō interrogātum scribe:

- a. Tarquinius cum familiā Tusculum migrat. _____?
 b. Porsenna légātōs dē pāce mittit. _____?
 c. Quia inter eos firma amicitia est. _____?
 d. Is obsidēs accipit. _____?
 e. Quia magnam virtutem mōnstrat atque virginēs incolumēs Rómam dicit. _____?

29. Scenam describe (trēs sententiās passivas et trēs dativōs possessiōnis scribe)



Mucius Scaevola ante Porsennam, Rubens. Szépművészeti Múzeum, Budapest

clamor
 mīlitrēs
 virtūs
 supplicium
 manus
 nōmen
 patria
 amor
 bellum
 fortis
 audāx
 validus
 perterritus
 subitō
 fortiter
 stupēre
 timēre
 amāre
 patrē
 defendere
 oppugnāre

Cōgitō ergō... grammaticam discō!

MEMORANDVM I: Genus passivum

- Rēx urbem cūstōdit → Urbs ā rēge cūstōditur.
- Militēs inimicōs oppugnant → Inimici ā militibus oppugnantur

	Verba I: am-āre	Verba II: vid-ēre	Verba III: duc-ere	Verba IV: aud-ire
ego	amor	videor	ducor	audior
tū	amāris	vidēris	duceris	audiris
is/ea	amātur	vidētur	ducitur	auditur
nōs	amāmur	vidēmur	ducimur	audimur
vōs	amāmini	vidēmini	ducimini	audimini
īī/ese	amantur	videntur	ducuntur	audiuntur

Terminatiōnes passivae:
g- or/ -r pl -mur
-ris
-tur
-ntur

MEMORANDVM II: Dativus possessiōis

- Multae nāvēs rēgi Porsennae (*dativus*) erant → Rēx Porsenna multās nāvēs habēbat.
- Scaevolae (*dativus*) nōn erat manus dextra → Scaevola nōn habēbat manum dextram.

MEMORANDVM III: Praepositio 'in'

- In + *abl* (l): Porsenna in Italiā habitat. Magistra in scholā est. Statua est in templō.
- In + *acc* (→): Galli in Italiā eunt. Magistra in scholā intrat. Sacerdōtes in templum veniunt.
- In + *acc* (= contra): Porsenna in Rōmānōs bellum facit. Scaevola in Porsennam verba facit. Tarquinius in Rōmānōs arma capit.


in + ablativus ↓
in + accusativus →•

MEMORANDVM IV: Verba composita < 'ire'

- Adire: Lucumō et Tanaquil urbem adeunt = ad urbem eunt.
- Abire: Lucumō et Tanaquil agrō abeunt = ab agrō eunt.
- Exire: Lucumō et Tanaquil domiciliō exeunt = ex domiciliō eunt.

Scisne?

Dē ludīs et spectāculīs.




Rōmānī, cum victōriam post bellum obtinēbant, magnōs ludōs publicōs in urbe dabant. Etiam diēbus festīs, cum deōs colēbant, ludōs faciēbant. Omnēs civēs ad ludōs invitābantur, nam ludi grātuitō dabantur. Rōmānī multa genera ludōrum habēbant. Saepe spectāculā frequentābant in quibus erant pugnae inter bestias, inter hominēs (ludi gladiatōrii) vel etiam inter bestias et hominēs (venatiōnes)! Gladiatōres erant servī qui gladiōs, scuta aliaque arma tenēbant et inter sē dē vitā pugnābant.

Ludi gladiatōrii in amphitheatrō spectābantur. Ecce Colossēum sive Amphitheatrum Flāvium, aedificium saeculō primō p.Ch.n. exstructum. In Colossō L milia spectatōrum capiēbantur! Saepe neque bestiae neque hominēs certābant, sed amphitheatrum aquā implebātur et proelia maritima simulābantur: erant enim naumachiae.



Pollice Verso, Jean-Léon Gérôme
Phoenix Art Gallery, C. F. Americae




hoplomachus



thraex



rētiarius



secutor



murmillo


Nōn solum in amphitheatrō erant lūdī, sed etiam in circō. Rōmae erat Circus Maximus, sub rēge Tarquinio Priscō exstructus. In circō erant curricula equōrum: aurigae equos concitabant in quadrigis –vehiculum quod quattuor equi trahunt– aut bigis –duo tantum equi id trahunt. Spectatōres in factionēs dividēbantur quae diversōs colorēs habebant –factiō russāta, factiō albāta, factiō prasina et factiō veneta– et aurigās ad victōriam maximē incitabant.



factiō albāta



factiō prasina




factiō russāta



factiō veneta

Aurigae, Palazzo Massimo alle Terme, Rōmae

Nēque vērō Rōmānī tantum pugnis et certāminibus delectābantur, sed etiam fabulis scaenicis. Ecce theatrum: antiq̄ua theātra nōn ex lapidibus exstruēbantur, sed ex lignis, neque semper in urbe stābant, sed ad ludōs scaenicōs ponēbantur et post ludōs amovēbantur. Primum theatrum lapideum saeculō primō a.Ch.n. aedificātum est. In theatrō histriōnēs (vel actōrēs) animōs spectatōrum movēbant, sive ad risum per cōmōediās, sive ad lacrimās per tragoediās. Histriōnēs persōnās induēbant, initio enim tantum virī histriōnēs erant.



theatrum



tragoedia et cōmœdia

Inter scriptōrēs illustrēs cōmōdiarum Plautus (s. III-II a.Ch.n.) et Terentius (s. II a.Ch.n.) numerantur, inter tragoediarum scriptōrēs Pācuvius (s. III-II a.Ch.n.) et Seneca (s. I p.Ch.n.).

Vocābula VIII

LECTIO I

ait
armātus -a -um
desilire
dulcis -e
flumen -inis n
honōris causā
incolumis -e
invādere
legere
liberās -ātis f
migrāre
natāre
praesidium -i n
reprehendere
rumpere
senātus -ūs m
severē
statua -ae f
stupēre
Sublīctius -i m

suprā, praep+acc
sustinēre
turpiter
ūnā
LECTIO II
cessāre
cognōmen -inis n
collocāre
confundere
dexter -ra -um
famēs -is f
frūmentum -i n
fuga -ae f
Gāius Mācius -i m
ignīs -is m
inopia -ae f
manus -ūs f
mōns montis m
nāvis -is f
praeterea

rūsus
salus salūtis f
Scaevola -ae m
scriba -ae f
stipendium -i n
superbē
supplicium -i n
firmus -a -um
intactus -a -um
lēgātus -i m
obses -idis miff
periculum -i n
perpetuus -a -um
posthāc
prō libertāte
Sacra -ae (via) f
tandem
tēlum -i n
virgō -inis f

LECTIO III

adire
admiratiō -ōnis f
amāns -antis miff
amovēre
Cloelia -ae f
conditiō -ōnis f
convertere

Dē linguis comparandis:

• Quare vocābula hodierna quae ex his vocābulis Latīnis dēriventur: "terror", "migrāre", "periculum", "famēs" ..

Aurea dicta:

Haec 'aurea dicta' lege eaque cōsiderā: "Dulce et decōrum est prō patriā mori", (Horātius, *Carmīna* III, 2,13), "Honōris causā", "Conditio sine quā nōn", "Pānem et circēnsēs".
Suntne aliā 'aurea dicta' quibus vocābula huius capituli continēantur? • Quare ea.